

in sine principij, illic, strenuus autem iuris peritus, si-
cubi casus emerferit, qui consuetudine feudi non sit com-
probenfus, absque calumnia vti poterit lege scripta, tit.
1. de feudi cognit. lib. 2. feudorum, cap. quod transla-
tionem 4. vbi notat Abbas Panormit. n. 5. de officio
legati, idem Abbas in d. cap. fin. de consuetud. num.
11. & contra Fulgosium, indistincte consuetudi-
nis extensionem admittentem in d. l. de quibus n. 3.
& apertius num. 9. vers. sed pro certo, longe verius,
ac receptius esse resoluunt Iaf. ibi a n. 14. Ludovicus
Romanus cons. 5. 6. n. 4. Alex. cons. 110. n. 5.
lib. 6. Rochus de Curte in tract. de consuetudine, siue
in repetit. cap. fin. eodem titul. dist. num. 310. in sine
cum sequentibus maxime a num. 316. & 321. Franc.
Babus de praescript. p. principali, quasi. 2. num. 29.
Aymon Crauet. de antiqu. temporum dist. 4. part.
num. 43. cum sequentibus, idem cons. 30. num. 5. &
cons. 96. num. 4. & consil. 2. pro genero, num. 103.
Hieronymus Gratus responsio 1. num. 13. & responso
9. num. 50. volum. 1. Hieronym. Gabriel cons. 83. num.
60. Roland. a Valle cons. 53. num. 39. & cons. 94.
num. 19. volum. 2. & cons. 69. num. 30. vol. 3. Octa-
uianus devis. Pedem. 29. num. 16. Nicolaus Bello-
nus cons. 42. a num. 8. & post alios Burgenfis in d. l.
1. Tauri num. 36. D. Ludovicus Molina de Hispan.
primogen. libr. 1. cap. 7. num. 6. Petrus Ducinas reg.
136. Nicolaus Intrigliolus, plures ex more congerens,
in tractat. de feudiis quasi. 11. num. 2. 3. & 13.
& quasi. 16. num. 9. & 10. D. Ioan. Baptista Valen-
zuela cons. 8. a num. 25. & consil. 33. a num. 228. ad
num. 231. inclusivae, & cons. 79. num. 61. libr. 1. ac-
curfus consil. 166. num. 83. & 84. lib. 2. qui de hu-
miliori consuetudine iuri contraria sermone facium. Nam
* hac recepta sententia, & limitatio, tamen reclamantibus nonnullis, quos refert, &
sequitur Nicolaus Bellonus vbi proxime, ex vetiore,
ac receptiore interpretum traditione eo demum
cali procedit, quo ratio consuetudinis inducenda,
ex qua ad similem casum, consuetudine non
decisum, extensio fieri pretenditur, obscura, &
incerta est, quia vel non constat, an ea sola ratio-
ne populus motus fuerit ad ipsam consuetudinem
inducendam, vel penitus sine ratione, sed per iuris
errorem magis, vt in dist. l. quod non ratione, & in d.
cap. quod translationem, secus si verisimiliter, ac mo-
rali certitudine constat de ratione, quae sola con-
suetudini causam dare potuit, vt in proposita spe-
cie contingere ex supradictis constat, tunc enim
quemadmodum lex ex rationis identitate ad simi-
lem casum extenditur, licet non possint 12. in sine, ff. de
legibus, cum similibus, differat. 7. apertius referendis, sic
& consuetudo, idque ita iudex ex rerum circum-
stantiis iudicare debet, quemadmodum tamen con-
suetudine, quam in statuto municipali (quod *
non minus stricti iuris est, quam consuetudo, l.
constitutionibus 24. vbi post Dynum notat Bart. n.
1. & alij d. ad municipalem, nec plus roboris, quam
illa habere potest, aut vice versa, vt cum Bald.
cons. 238. n. 1. post med. vers. nam & consuetudo lib.
4. Aymon Crauet. & alij tradit D. Ioan. Bapt. Valen-
zuel. cons. 24. n. 149.) resoluunt idem Bald. in
l. maximum vitium n. 16. C. de liberis praerogatis, Sa-
lic. in l. 2. n. 20. cum seq. C. de noxalibus, Paul. Ca-
stren. in l. quamvis 15. n. 4. C. de fideicommissis, Iaf.
in d. l. de quibus n. 17. vers. puto quod vtrumque, &
num. 18. D. de legibus, Franciscus Ripa in rubr. n.
62. vers. ista tamen responsio, & in l. si constante, num.
65. ff. soluto matrimo. Curtius iunior cons. 80.
num. 2. post princip. vers. & licet Baldus, Albertus
Brunus in tractat. de statuto, excludente feminas,
art. 3. a num. 12. & melius a num. 15. optime Rochus
de Curte a. tract. de consuetud. n. 331. & 350. Ni-

col. Boer. ad consuetud. Burgund. rubr. de conclusio-
ne, & approbatione consuetudinum, verb. interpretes, n.
9. in 2. concl. Tiraquel. innumeros ex more conge-
rens, in tract. cessante causa, limit. 21. n. 8. & 9. in-
stito n. 14. Aymon Crauet. qui in consuetudine
praclare loquitur, & de antiqu. tempo. d. 4. p. n. 81.
iuncto n. 83. & cons. 118. num. 8. & multo pracla-
rius Burgenfis Marcus Salon de Pace, dissidentes
circa rationis verisimilitudinem, an vna * vel mul-
tiple praesumatur, & an probatio egeat, Do-
ctorum sententias referens, ac sic, vt praediximus,
miti face componens in d. l. 1. Tauri, n. 50. ad 56.
inclusivae, & vltra eos optime Henricus Roseland. de
feudiis cap. 1. concl. 15. num. 18. & cap. 2. concl. 33.
num. 13.
Accedit his; quod cum ratio, ob quam con-
suetudo illa apud nos inualuit, vt Rex minor folus
Regni gubemaculum suscipiat, in vltimis
fraudibus, & delictis, quae alias aduersus Repub-
licae tranquillitatem committi possent, consistat
iuxta tradita a n. 49. ad 51. ex ea quidem * talis
consuetudo vt cumque stricti iuris sit, multo pluri-
bus ad Regnam minorem extendi debet, quia ob
huiusmodi rationem, * fraudum, ac delictorum
materiam amputatam, etiam odiosa, & quae alio-
qui stricti iuris sunt, extensionem admittunt, l. sed
Iulianus 9. (quae alias est sub l. item si filiusfamilias
7.) in princip. & §. mutui dationem, ff. ad S. C. Ma-
cedon. c. quanto 26. vers. nolentes, de privileg. c. si ciui-
tatis 17. de sent. ex communic. in 6. glof. fin. in cap. quae-
quam de vsur. ead. lib. & vltra ordinarios vbiq;
notarunt Alex. cons. 65. alias 119. num. 44. lib. 6. Dec.
cons. 5. in sine, cons. 195. in casu proposito, numer. 2.
cons. 276. consultus, num. 2. vers. 2. praemitendum,
cons. 300. in causa, num. 4. & 5. lib. 1. & cons. 398. in
causa D. Benedicti, num. vlt. in fin. lib. 2. lalon. in
l. 1. in princip. num. 1. 4. ff. de verb. oblig. & in l. non du-
bium, num. 4. in princip. siue in 3. principali limit. &
num. 45. vers. inter alia nota, C. de legibus, & in
terminis consuetudinis Aymon Crauet. de anti-
quit. temp. d. 4. p. in princ. num. 136. siue in 15. limi-
tatione. Imo * generaliter sufficere, consuetudi-
nem illam Republicae fauorabilem esse, vt exten-
sionem praefatam admitteret, iuxta ea, quae cum
Calderino, & aliis resolutum idem Crauet. ibidem
num. 48. siue in 1. limitat. ac num. 74. Hortens. Cau-
canus de brach. Reg. 4. p. num. 47. 1. & 6. p. siue de aequi-
tate, & rigore, num. 121. & post plures alios Farinae.
fragment. criminal. 1. p. verbo extensio, num. 98. & 100.
& quae cum Bald. in l. in multis 9. num. 5. ff. de statu
homin. nominatum in Regno Castellae loquens re-
soluit Ludovic. Roman. cons. 98. num. 2. & 3. nempe
* quod si consuetudo primogenito Regno de-
ferat, ad primogenitam est extendenda, masculo
non existente, cum in talibus masculinum concipiat
femininum in materia indifferenti, & in fauorabilem, vt ipse per plura probat, & sequitur Fran-
ciscus Aules in praenotio ad capita pratorum verbo y
Reyna, num. 4. in sine, & num. 5. & 6.



DISSERTATIO IV.

De foemina regni successore nubente,
aque ita a tutela apud nos liberata, an
ad ipsam solam Regnum, eiusque ad-
ministratio pertineat, an etiam ad
maritum eius? & obiter multa de Regni
indivuitate, & de casu gemini par-
tus, quoad nascendi ordinem incerti:
ad eandem l. 3. vers. E si fuere fija,
tit. 15. part. 2. & l. 1. 2. tit. 33. part. 7.

SVMARIA.

- 1 Lex 3. vers. E si fuere fija, tit. 15. p. 2. in verbis,
falla que sca casada, per arg. a contrario sen-
su expenditur pro marito, cui foemina in Regno
succedens nubet, vt Regni gubemaculum suscipere
debeat.
2 Lex 9. in princip. tit. 1. part. 2. pro eadem parte
expenditur.
3 Vir in dignitate positus praefertur in ea uxori, &
quare?
4 Vir uxoris capte est, eamque sub sua potestate ha-
bet.
5 Foemina administrationis, & iurisdictionis incapax
est.
6 Mulierum consilium in condendis statutis adhiben-
dum non est, quod in illis non resideat prudentia;
idque confirmatur, & exornatur.
7 Assumptum ad Regni, vel praevincia gubemacu-
lum, absque uxore profectus satus indicatur, &
quare?
8 Muliebre genus imperiosum est.
9 Viri dignitates suas uxoribus, etiam nullas, aut
minores habentibus, communicant.
10 Uxores dignitates suas, vicumque maximas, viris
suis communicare debent.
11 Vir, & uxor iniuncte correlatae sunt, in quorum
vno dispositum, & in alio dispositum censetur,
ibid.
12 Vir, & uxor adinvicem sunt vni, & vna caro per
indivuiduum matrimonij vinculum effecti.
13 Vnica, & connexa eandem conditionem, & naturam
servantur.
14 Maritus particeps est quoad fructus, & consequen-
ter legitimus administrator quorumcumque uxoris
bonorum, etiam non dotalium.
15 Hispana consuetudo circa Regnam nubentem, quod
ipsa & maritus simul Regnum administrare, ex-
penditur, & D. referuntur, qui id ita cum casus
occurrat faciendum esse docent.
16 Chrenicis & historis antiquis fides plena adhibetur
ibidem.
17 Foemina ad quam ob defectum masculorum Regnum
delatum est, etiam nupta verum Regni dominum,
& administrationem retinet, eiusque maritus
dumtaxat Rex est cognominis & dignitate, non etiam
administratione, nisi ab ea mandatum habeat.
18 Regni omnimoda administratio non nisi ex negligentia,
vel incapacitate, vero Regni domino, adeoque nec
Regina nupta admitti potest.
19 Rex non potest ob incapacitatem, vel negligentiam
Regno ipso privari, remissive.
20 Regni dominum, quod penes uxorem est, non potest

ita per matrimonium marito communicari, vt pe-
nes eum quoque sit, quia est indivuidum.
19 Republica magnam patitur perniciem ex diuisa Reg-
ni administratione. Id quod late probatur, & exor-
natur, & n. 21.
20 Partis quoad partem idem ius, ac iudicium est, quod
totius quoad totum.
21 Feudum Regale, seu dignitatis, puta Ducatus, Mar-
chionatus, vel similes, non minus indivuidum est,
quam Regnum, & vtriusque sententia Doctores
referuntur.
22 Maioratus possessori si duo filij simul nascantur, non
eodem impetu, quod impossibile est, sed in eodem
nascendi ordine, ambo pro vita sua tempore in eod-
em maioratu succedunt, & post eam indivisus ille
desertur ad ipsorum primogenium.
23 Id est iure communi controuersam sit apud nos
lege definitum est, ibidem.
24 Regnum ad quem ex duobus gemellis, eodem tem-
pore nascentibus pertineat, eodem iure communi,
quam Regio Castelle inspecto controuersum est, &
ad vtrumque pro cuiuslibet vita expectare frequen-
tius interpretes crediderunt.
25 Sententia hac ab auctore in terminis vtriusque iuris
refellitur.
26 Res sui naturae sit diuisa, & incertum sit, cui ex
legis vel hominis dispositione debeat, inconueni-
entia non est, vt pluribus simul adiudicetur; quod
plurimum legum exemplis ostenditur ibi, & num.
praeced.
27 Maioratus in simplici iure disposita, legitimum ar-
gumentum non praebet ad Regnum, vel Regale feu-
dum, & quare?
28 Regnum, vti omnium temporalium suprema digni-
tas speciali nota dignum est, nec debet sub
generali de maioratu dispositione comprehendi.
29 Argumentum de Regno ad maioratum valide in
Hispania sumitur, & quare?
30 Maioratus Hispania, originem, & formam sum-
pserunt a l. 2. tit. 15. p. 2. ibid.
31 Republica a tempore Romanorum vni sibi Prin-
cipem seu Regem, lege de eius imperio lata, inde
Regia, & imperij dicta, constituitur.
32 Regnum electio inter Gothos obtinuit vsque ad mortem
Regis Pelagij postquam generali lege a Gothis lata
sanctum fuit, quod si Rex fuisset catholicus,
primogenitus eius, siue masculus, siue foemina,
ac deinceps successiuo ordine in Regno succederet.
33 Lex Gothica, cuius meminit Palac. Rubens, minus
recte negatur a D. Ludonico Molina, eaque ex aliis
comprobatur.
34 Lex eadem citatur a discretissimo Rege Alphonso
X. non ad probandam Regni indivuiditatem per
electionem, vt perperam putant D. Ludou. Molin.
sed per successionem tan iam, & quare?
35 Pelagij post miseram Hispania cladem, & Mauro-
rum inuasionem, vt vir fortissimus in principem ele-
ctus est a Gothis, qui apud Cantabros, & Astores
vassaliam Maurorum supererant, & eius rei histo-
ria remissive.
36 Glin c. Hadrianus 21. verb. per singulos. in
fin. 63. dist. obiter intelligitur. ibidem.
37 D. Praes. Didacus a Cour. nedum pragmaticorum
(vt ab Ant. Fab. vocatur) sed & discretissimorum
Princeps fuit, Hispania simul, & Ouerensium
Collegij, auctori communis decus, & ornamentum.
38 Is legis Gothica verisimul exemplar D. Ludonico
Molina ostendit, vt ipse testatur, eius verba refe-
rens, ad huc tamen de eius fide dubitans.
39 Lex 2. tit. 15. part. 2. originem duxit a lege Gothica.
C. 4. 36 Respu

- 36 *Respublica cum lege Regia Regnum vni Principi, eiusque primogenitus tribuit, si cogitasset casum gemini parui, quoad nascendi ordinem incertis, de eo disposuisset, prout bono publico expediret.*
¶ *Eadem etiam hodie manet, nec proinde verisimile est, ut eriperet sibi voluerit facultatem, idem nunc, cum casus ille accidit, circa eum statuendi. ibid.*
- 37 *Casus omisus remanet subregula, ac dispositione iurii communis.*
- 38 *Gloss. vlt. ad fin. in l. tale pactum 40. §. fin. ff. de pactis, expenditur, & exornatur.*
¶ *Iure id est seruandum, licet non sit statutum, quod verisimile est, statuendum fuisse, si hoc questum fuisset. ibid.*
- 39 *Respublica, cum vero Principi, & primogenitis Regnum concessit, si prauisisset casum gemini parui, quoad prioritatem incertis, minime statuisse vtrique Regnum pro vna sua tempore deberi, & quare?*
- 40 *Monarchia gubernatio melior semper ceteris gubernationibus visa est.*
- 41 *Rex fuit factus ob Regnum, ut id ab eo solo gubernaretur, non vice versa Regnum propter Regem.*
- 42 *Causa plus insinit in se ipsa, quam in causato.*
¶ *Propter quod vniuersaque tale, & illud magis. ibid.*
- 43 *Regni indiuiduitas, ad eius utilitatem, & conseruationem in dicitur, non debet labefactari, & enerti, ut duorum filiorum, simul Regi nascentium, utilitati proficiatur.*
- 44 *Regnum inter gemellos diuisum, & si postea iungatur, ut indiuiduum permaneat penes eum, qui ab altero ex illis primo natus fuerit, non ob id occurritur malis, ex praesata diuisione imminutibus.*
- 45 *Regnum ita iungi posse post diuisionem semel factam, difficillime ex iure principis deduci potest, imo totum conuarius, & licet deducere, difficillime executioni mandari potest.*
- 46 *Gemini filii in casu ambiguo promiscue ad Regnum admissi, nulla apparet ratio, cur alterius iam admissi filius repellendus sit.*
¶ *Regis filius & in vita patris quodammodo Rex existimatur. ibid.*
- 47 *Bellorum, ac discordiarum Respublica maximum incertum pararetur Regno inter gemellos diuiso, ac postea ei, qui ab altero ex illis primo natus fuerit, tantum adiudicatur, & quare? cum duob. num. seqq.*
- 48 *Turpius eieitur, quam non admittitur hospes.*
- 49 *Ius alicui semel legitime questum, amplius ab eo invito tolli nequit.*
¶ *Regibus non modicum inconueniens est, ad nuptias cito propter. ibid.*
- 50 *Respublica in praesato dubio nullum aliud medium, ut finem suum consequeretur aptius, & commodius elegerat foret, quam ut fortis res committeretur, & quare?*
- 51 *Malis ex duobus in dubio minimum eligendum est.*
- 52 *Argumentum a sufficienti partium enumeratione, in iure frequens, ac validum est.*
- 53 *Gratificatio, siue libera electioni cuiuslibet ex gemellis Regi nascentibus, quorum prioritas ignoratur putantur plures locum esse.*
- 54 *Gratificatio huiusmodi patri ab aliquibus conceditur, quorum sententia exploditur.*
- 55 *Primogenium tantum admitti etiam in Regni successione iuri diuino naturali, & positivo conseruatum est, idque apud Hispanos apertissime lege Gothica conseruatum.*

- 56 *Rex nullo pacto poterit, cum ex duobus simul natis primogenitus ignoratur, quem veli eligere, & malio minus in causa certo, & claro, secundogenitum praesere primo.*
- 57 *Gratificatio praedicta ab aliis conceditur Magnatibus & principalium Regni ciuitatum procuratoribus, Regnum ipsum representantibus.*
- 58 *Horum sententia similiter restituitur.*
- 59 *Gratificatio locus non est, ubi de iure tertij tractatur, nisi in casibus ab iure expressis.*
- 60 *Panendum non sic est vni, ut alter granetur.*
- 61 *Electionem plures populo tribuunt legitimam, & rationabilem de idem ex duobus filiis, simul Regi nascentibus, in Principem, seu futurum Regem.*
- 62 *Horum sententia duplici ratione conuincitur.*
¶ *Regni in quasi possessione semel constitutus, aere nimis ferret ea postea carere.*
- 63 *Regi duobus nascentibus gemellis, quod nascendi ordinem incertis, plerique existimant, neutrum ex his succedere sed Regni successionem sequenti in gradu deferri, aut hoc deficiente, nouum Regni successorem eligendum. Quorum sententia reuincitur, & n. sequent.*
- 64 *Actus ob incertitudinem regulariter vitantur.*
- 65 *Formosorem, & robustiorem in praesato dubio ad Regnum admitti censuit variando Baldus, & cor ab eo haec dicit qualitate coniungantur, qua ab aliis diuiduntur.*
¶ *Xenophon docuit, Deum feminam pulchriorem viro condidisse, ut formam cum pudicitia domi continendo inuenerit. ibid.*
- 66 *Famina non esse viris pulchriores, sed tales eis videri, ac vice versa, re tamen vera in omni genere animantium mares esse feminis pulchriores, ac robustos simul esse pulchros, nonnullis exemplis Tiraq. probare nititur.*
- 67 *Xenophonis sententia communi experimento magis comprobatur.*
¶ *Formosus homo (Homero teste) raro inuenitur, qui simul struobus, sed imbecillus, ac effeminatus, ibid.*
- 68 *Sententia ultimo loco relata, magis probata videtur a referente.*
¶ *Copularia dictio plerumque pro distinctiua accipitur, & vice versa. ibid.*
- 69 *Regi gemellum formosorem in dubio ad Regnum admittendum Baldus, dissonantiae, ac successione acceptus, sentit, & nonnulli variis testimoniis atque exemplis pro re nituntur; quibus ab auctore sit satis, & duobus n. seqq.*
- 70 *Pulchritudo bonum est sui natura amabile, & incundum, ac magnopere in consideratione habitum apud varias gentes, qua Regem sibi eligere consueuerunt.*
¶ *Per se tamen sufficienti non est ad Regnum consequendum, si alius virtutibus exarsit, & expenditur lex 1. tit. 6. part. 1. ibid.*
- 71 *Sauil, & David Reges pulchritudinis idem in sacra pagina laudantur, quia & aliis virtutibus fuisse condecorati.*
¶ *Formositas, vel deformitas non est causa successiois in Regno, sed sobolis proximitas, & primogenitura qualitas. ibid.*
- ¶ *Pulchritudo infamitatis atatis, solet postea etate, vel ex aliis causis euanescere. ibid.*
- 72 *Regis gemellus in dubio non est quasi robustior fratri, qui debilior videtur, in Regni successione praesertim aduersus nonnullos, & quare?*
- 73 *Lex si fuerit 10. §. vni. ff. de rebus dubiis, optime intelligitur.*
¶ *Masculus cum femina natus regulariter non debet*

- debet primo natus praesari, nisi libertatis fauor conseruetur.
- 74 *Gemellis ex duobus simul Regi nascentibus, nascendi ordine ignorato, ille a plerisque in Regni successione potior esse dicitur, qui eius possessionem primus apprehenderit.*
- 75 *Possessoris ac praesentis causam multa iura meliorem faciunt.*
- 76 *Regni possessio nomine vnius ex Gemellis, ex eodem partu incerto tamen ordine, Regi nascentibus, sine viuo patre, sine eo mortuo accipitur, non aliter quam per gratificationem Regis, vel Regni accipi potest.*
- 77 *Regni possessio si accipitur ab vno ex Gemellis, adulta iam aetate effectis, interim quolibet ex his in quasi possessione Principis viuo patre constituto, aut eo mortuo veri Regis, sub tutela agentis, magnum postea succederet inconueniens, vni tantum omnimoda possessione assignata.*
- 78 *Sorsis iudicium in praesato dubio longe securius est, & omni vel ambitioni, vel gratiae suspitione carens. Id quod iure tam diuino, quam positivo probatur.*
¶ *Fortuna res committenda est, ubi non valet ingenium, ibid.*
- 79 *Sorsis iudicium in fortuna positum est, cuius dux est Deus.*
- 80 *Id maxime procedit in dubiis circa Regni successionem exortis, quo nonnullis sacra pagina testimonio comprobatur.*
- 81 *Iudicium sortis non mirum locum habet in dubiis factis, ex quibus ius pendet, quam in dubiis solis iuris.*
- 82 *Romanorum Pontificum in dubio circa successionem Gemellorum Regi incerto ordine nascentium exortis, consilium nec necessarium, nec conueniens est, nec iure quoquo modo probatur.*
¶ *Dilatio temporis periculosa est in re, quae sua natura celeritatem desiderat. ibid.*
- 83 *Papa in materia sui natura spirituali potest quandoque certis ex causis temporalem iurisdictionem casualiter exercere.*
¶ *Cap. per venerabilem 34. vers. rationibus, qui filij sunt legitimi, dum Romanus Pontifex illegitimatum tribuit filiorum illegitimorum Regis Francia quoad temporalia, nempè Regni successionem optime intelligitur. ibid.*
- 84 *Intellectus alter eiusd. cap. ubi generalis Papa potestas designatur inter laicos, etiam Principes, superiorum recognoscere, nec sibi subditos ratione temporalis iurisdictionis, ad dispensandum in radice matrimonij irriti, atque ita legi inandum filios illegitimos, ex illo natos quod successionem, & alios ciuiles effectus, & si frequentius sit receptus, ab auctore non probatur.*
- 85 *Cap. fundamenta 17. vers. docet de elec. in 6. breuiter intelligitur.*
¶ *Papa non tenetur ex iuris necessitate sequi consilium Cardinalium sed ex decencia tantum ibidem.*
- 86 *Argumentum a contrario sensu sumptum ex verbis, facta quo sea casada, legis 3. tit. 15. p. 2. non enunciat, Regina minore nupta, ad maritum eius Regni administrationem pertinere.*
- 87 *Regina nubens non est proprie Rex quoad dominium, & administrationem sed quoad nomen, & dignitatem, matrimonij ratione.*
- 88 *Reginam in uxorem accipientis dignitas, ratione sexus, & domestica potestatis, quam ut maritus in uxorem habet, maior est nuda dignitate Regina, ab administratione sinuata, minor tamen respectu*

APPENDIX TRIVM PRAEDECEDENTIVM.

ALTERVM, quod in proposito legis 3. vers. E si fuerit hja, tit. 13. p. 2. praecedent dist. seriat. non parum animaduersione, & examinatione dignum existimaui, & in hunc locum reieci, in eo est, * quod innuere eadem lex videtur in eo vers. illic, facta que sea casada, nempè nupta Regina, Regni administrationem ad maritum pertinere, per argumentum a contrario sensu, quod in iure fortissimum iudicatur, l. 1. §. huius autem rei §. de officio eius cui mand. est iurisdictionis; nam si femina in Regno succedens, sub tutela est, donec nubat, ergo antea Regni per se administrandi incapax est, nec subinde alia ratione a tempore matrimonij cessat eius tutela, quam quia illa iam non indigeat, cum maritum habeat, qui Regni gubernaculum suscipiat.

Quod & ipsum vterius suadet, ex l. 9. in princip. illic: Verdaderamente es llamado Rey aguel, que con derecho gana el señorio del Reyno, iuncto vers. La tercera razon es por casamiento; illic: E esto es quando alguno casa con duca, que es heredera del Reyno, que maguer el no venga de linaje de Reyes, pñede se llamar Rey, despus que fuere casado con ella, tit. 1. eadem part. 2.

Potest & tertio eadem sententia ex eo fulciti, quod vit in dignitate positus praefertur in ea uxori, quia maior dignitas est in masculo, quam in femina l. 1. vbi notat Bart. in princip. ff. de Sanatoribus, confert regula Text. in l. in multis 9. iuncta gloss. & communi ff. de statu hominum & in cap. sent alterius 39. vers. unde ait, 7. 9. 1. cum similibus supra a nobis relatis dissertat. 1. num. 2. quibus traditum post, * virum vxoris esse caput, eamque sub sua potestate

testate habere. Quod maximè procedit, cum dignitas annexa habet administrationem, seu iurisdictionem, cuius * femina incapax est, l. i. illic, *consulorum uicium ff. de legibus, l. cum Prator 12. §. ult. vers. moribus ff. de iudic. l. 1. §. 1. in l. a. glossa verbo adempta, ff. ad S. C. Vell. l. & qui originem; §. corporalia, illic. corporalia muneris feminis ipse seexus denegat, quominus honores, aut muneris iniungantur, ff. de muneribus, & honor. l. 2. vers. & ideo nec iudices esse possunt nec magistratum gerere, ff. de reg. iur. l. fin. illic, ab omni iudiciali agmine separari, Cod. de receptis arbitris, cum his, quæ ubique notantur omnes optimè Bart. in l. 1. opposit. 2. num. 41. C. de dignitatibus lib. 12. docens, quod licet mulier possit dignitatem habere, non tamen cum administratione regulariter. Bologninus in repet. *ant. habita, Cod. ne filius pro patre*, ubi ait, * in condendis statutis non esse adhibendum consilium mulierum, quod in illis non recideat prudentia. Quod & Dominus dixit *Exodi cap. 18. Provide autem de omnibus plebe viros potentes & Aristoteles*, confirmat lib. 3. c. 2. *politie*, dum inquit consilium mulieris esse inualidum, nec bene à mulieribus regi ciuitatem, Lacedæmoniorumque Republicanam reprobam censuit, quod magna ex parte mulieribus imperio gereretur, & ab eodem Aristoteli muturatus Iustus Lypsius lib. 1. *politie*, cap. 3. hanc expressit sententiam, *Natura legis magis ad imperandum aptum, quod est masculinum, quam quod femininum est, nisi forte à natura ipsa defecerit, quia uiris dedit prudentiam, animi magnitudinem, robur, uim imperandi mulieribus ademit, aut saltem imbecilem, languidam, imperfectam concessit*, multaque exempla commemorat Dion Cassius *Historia Romana* lib. 42. 48. 50. & 57. & 60. quibus malè, & perniciosè Respublica he habuit cum mulieribus, vel mulieribus additi Rempublicam gesserunt, vel gerere tentarunt.*

Quod ad eò verum est, ut satis iudicetur, ad Regni, vel prouinciæ gubernaculum assumptum, abque vxore proficisci, *Lobseruare 4. §. proficisci, ff. de officio proconsulis*, quasi scilicet illa potius impedimento sit, quam adiumento rectæ administrationi iurisdictionibus notant Bald. & alij in d. l. *obseruare*, Ioannes de Platea in l. *apud eum num. 2. C. de censitis, & censiteribus* lib. 11. Franciscus Auileus ad capita Pratorum c. 1. *verbo muges num. 1.* Alvarus Valasco *consultat. 129. num. 6. p. 2.* Vincentius de Anna *allegat. 135. num. 1.* vel ex ratione qua Aristoteli, *vitur d. lib. 2. politicor.* * dum inquit, Imperiosum enim genus muliebres, & quod animi mores hominum subiege sibi valde desideret, Quod & Iuuenalis descripsit *Saty. 6.*

Ni unquam inuisa donabis coniuge, vendes Hac obstante nihil, hec si uolet emerit. Hac dabit affectus, illi excludetur amicus.

Quartò, quia uiri dignitates suas vxoribus, etiam nullas, aut minores habentibus communicant, l. *Principes legibus 3. vers. Augusta autem ff. de legibus d. l. 1. §. Consulares, l. femina 8. & l. fin. ff. de Senator. l. curator 5. illic, cum clara persona, uelini Senatoris, uel vxoris eius, ff. de curator. surro. l. cum te 10. C. de nuptiis, l. 3. vers. Sed & filiam Cod. de natur. liberis, l. fin. C. de incolis, lib. 10. quæ extat repetita in l. mulieres 11. C. de dig. lib. 12. auct. de consulis, cap. 2. siue §. si autem etiam vxorem, Decet enim frui eas & coniugis claritate, collat. 3. cum plerique alij tam iuris communis, quam Regij locis, in proposito adductis, latèque exornatis à D. Ant. Pichar. ad l. 3. & 7. C. de nuptiis lib. 11. numer. 15. 16. & 17. ergo & vice versa * vxores debent uiris suis dignitates, utcumque maximas, quibus ipsæ præ-*

fulgent, & communicare, tum ex eo quod uir, & vxor, inuicem correlatiua sunt, in quorum uno dispositum, & in alio dispositum censetur, l. fin. ff. de a. sepelit. l. fin. ubi id nominatim in viro, & vxore probatur, C. de iudicia vidui. tollenda, l. 1. C. de expressis lib. 1. cum etiam * quia adiunctum sunt vniti, & vna caro per indiuiduum matrimonij vinculum effecti, l. 1. ff. de ritu nuptiar. §. 1. *inst. de patria potest. princip. & cap. 1. cum seq. 27. q. 2. & consequenter eandem debent conditionem, & naturam fortiri, ex reg. vnitorum, & connexorum, * de qua in l. in rem alio 23. §. 1. & in l. qua religiosi 43. ff. de rei vindicat. cap. & temporis qualitas 48. vers. & ideo, 16. q. 1. c. c. translato 3. de consuet. c. 1. vers. Nec uerò illic: qua Regi tunc temporis adhibebat, de postulat. pralat. c. quanto 3. de iudicijs, cap. 1. ne Sede vacante, cap. reuolentes 3. vers. Si enim, & vers. ceterum, de statu. regul. cap. olim 26. illic. Post incipium negotium in eos, & adhaerens eisdem, de accusat. cap. ut circa 4. vers. alioquin, illic: tam opponentes, quam adhaerentes eisdem, de electione in 6. cum ubique notati.*

Quintò hæc sententia planior videtur effici inspecto iure Regio nouissimo, quo maritus particeps est quoad fructus, & consequenter legitimus administrator quorumcumque vxoris bonorum, etiam non dotalium, l. penult. & fin. tit. 4. lib. 5. *ordinamenti veteris*, quæ sunt l. 4. & 5. tit. 9. lib. 5. *nona compilat.* ex quibus fit notatum Antonium Gomezium ad l. 50. & sequentes *Tauri num. 20. ad finem, vers. hodie tamen, iunctis num. 11. & 33. sub iisdem uerticulis, & num. 70. & 71. Gregor. Lopez gloss. 2. vers. & de iure Regni, in l. 17. tit. 11. p. 4. iuncta eiusdem Gregorij traditione in l. 6. gloss. 4. quasi. 4. vers. in Regno uero nostro tit. 11. p. 6. Azuced. in d. l. 4. *compilat. num. 22. & in l. 2. num. 62. & 93. tit. 3. eodem lib. 5.* ergo & qui Reginam duxerit vxorem, ipsius Regnum participabit, & administrabit.*

Denique huic parti suffragari Hispana consuetudo per duos actus valde notorios, & nedum longo, sed & longissimo tempore obseruatos inducta, nempe Don Fernandi Aragonum Regis, qui Donam Elisabeth, Hispaniæ Reginam vxorem habuit, & Don Philippi primi Archiducis Austriae, Reginae D. Ioannæ illorum filie matrimonio copulati, qui simul Hispaniæ Reges cognominati sunt, ac Regnum ipsum feliciter gubernarunt, ut eorum Chronice commemorant, quibus plena adhiberi fides constat ex l. unica in princip. & §. 1. ubi not. Bald. num. 2. & alij, ff. de officio quaestoris, gloss. verbo trapezitas, in cap. 1. 23. *distict.* similis verbo transtulit, in cap. venerabilem 34. de elect. & verbo magis, in cap. inter dilectos 6. de fide instrumet. ubique communis, quam resolutum Ægid. Bellam. *decis. 70. num. 3.* Ioan. Lecier de primogen. lib. 1. *quasi. 12. num. 8.* Mafcardus, plures alias *Glossas ac Doctores adferens, de probat. lib. 1. censuris. 287. num. 1. & segg.* vnde talem resultare consuetudinem apparet ex his, & qua præcedenti differat. tradidimus num. 35. & firmat Francisc. Auileus in proæmio ad capita Pratorum, *gloss. 1. num. 13. 14. & 15.* atque alij à nobis *distict. num. 35.* relati, & iterum infra referendi. Ex quibus ferè, tametsi non sic exaratis, hanc sententiam docuit Montalius in *distict. 9. verbo*, per hereditamento, à vers. in tertio autem modo, *tit. 1. part. 2.* subscribunt Palac. Rubeus, simpliciter se referens ad leges Regni, quas tamen non allegat, in tract. de iusta obtentione ac retentione Regni Nauarræ, 1. part. §. 5. *vers. in casu autem, de quo agimus, & D. Anton. Pichard.* qui consuetudine illa præsertim nititur,

ad l. 3. & 7. C. de nuptiis lib. 1. num. 91. & 52. Quibus nihil resagendum, contrarium longe uerius putamus, nempe feminam, ad quam ob defectum masculorum Regnum delatum est, etiam pupillam, uerum Regni dominium, & administrationem retinere, cuiusque maritum dumtaxat Regem esse cognomine, & dignitate, non etiam administratione, nisi ut consilium vxori præstet, si scilicet ab ea legitimam non habeat mandatam ad Regnum per se administrandum. Id quod ex eo potissimum probatur, quod cum Regnum ipsum ad Reginam uerè, ac proprie ex successione pertineat, ut in solutione ad 3. latius elucidabimus, ad ipsam solam omnimodam eius administrationem pertinere consequens est, quippe * quæ non nisi ex negligentia, vel incapacitate, quæ adiuncto, vel caratori locum facit, uerò Regni domino, adeoque nec Regine nuptæ adiri potest, cap. *grandi 2. ubi omnes, de supplicia negligent. Pralator. lib. 6. l. 1. vers. Pero si todos, illic, styendo ome para ello, & l. 3. vers. e todas estas cosas tit. 15. p. 2.* explicant, & exortant optime Tiraque, *de iure primogenior. q. 21. n. 11. & q. 23. ex n. 1.* Montalius in l. *unic. gl. 2. post princip. vers. sed quid si primogenitus, tit. 3. lib. 1. fori, Michael Zifontanus q. 17. & Anton. Gom. n. 69. in l. 40. Tauri. Gregor. Lopez in d. l. 2. gloss. 19. & in d. l. 3. gloss. 5. vers. quod autem (ubi nec ad maritum tunc regulariter Regni administrationem pertinere contra Palacium Rubeam concludit) Petr. Gregor. (latè ad partes quoad Regnum ipsum disputans, * an & id ob inhabilitatem, vel negligentiam adiri ualeat, alijque in solidum concedi; negatiue concludens) de Republ. lib. 26. c. 5. per totum. D. Molin. de Hispalen. primogeniis lib. 1. cap. 13. à n. 25. Menchac. de successi. creat. §. 2. n. 148. Mantienus ad l. 1. tit. 7. lib. 5. *nona compilat. gloss. 1. num. 14.* Gutierrez (qui Gregorium Lopidem refert, ac sequitur) de iure l. 1. p. c. 18. n. 35. Nec rursus fieri potest, * ut Regni dominium, quod penes vxorem est, ita per matrimonium marito communicetur, ut penes eum quoque sit, quia Regnum sui natura omni respectu indiuiduum est, quemadmodum constat ex c. in apibus 4. illic: *Principes unus est, & illic: Roma, & condita est, duos fratres simul habere Reges non potuit 7. quasi. 1. cap. quod autem 3. illic: qui dominandi cupiditate inflammatus, vel fessu dominationis clausus, desiderat habere consortem, 23. quasi. 7. cap. intellecto 33. de iure uirando, cap. licet uniuersis, 6. in fine, illic: & iure quod tibi, si dicitur Rex sine prole decederet, in Regno Hungaria competeat ordine geniture, priuandum, & regnum ipsum ad maiorem fratrem tuum appellacione postposita, deuoluendum, iuncta gloss. fin. vers. uel melius dic. extra de uoto, & uoti redemptione, & ubique communiter DD. secundum infra referendos, l. 1. vers. E conuenio que vn homo fuisse Imperator, l. 5. illic: porque el Rey es, e debe ser uno, & l. 7. vers. e por ende fue menester por derecha fuerza que ouiesse uno, que fuisse caueza de ellos, por cuiu sefo se acordassen, e si quisassen, assi como los miembros del cuerpo se guian, e se mandan por la caueza, tit. 1. p. 2. Vel ob magnam Reipublicæ perniciem, quæ ex diuisa Regni administratione timetur, iuxta Euangelicam proloquium Lucæ cap. 11. *omne Regnum in seipso diuisum desolabitur, & latum quanquam alio sensu in cap. si ea destruerem 4. 25. quasi. 1. & in proposito nostro in l. 2. vers. Pero en todo esto los homes salios, 7. enmendados catando el pro communitat de todos, & conuenido que esta particion no se podia hazer en los Reynos, que destruidos no fuisen, segun nuestro Señor Iesu Christo dixo, que todo***

Reyno partido seria estragado, inuieron por derecha, quel señorio del Reyno no lo inuiesse sino el hijo mayor, tit. 15. p. 2. idque grauiter ostendit Diuus Athanasius in libro contra Gentiles, relatus à Iacobo Septimacensi de Republ. lib. 3. cap. 3. num. 6. his uerbis: *Si plures essent Principes, seruari non posset uerum ordo, sed forent confusa omnia, dum quisque arbitrio suo traberet omnia, & aduersus alium dissideret, itaque fuerit cogimur, multorum Principatum, uerum asserere dominium; eum enim illud sibi uicissim tollant, nullum iam erit Princeps, sed Principatus desideratio apud omnes preualebit. Quod & Homerus confirmat 2. Iliados, dum ait, multos imperare malum est, Rex unicus esto, atque Aristoteles, qui inde uideatur sumpsisse, *Metaphisicorum lib. 12. cap. ultim. in fine*, his uerbis: *non est bonum pluralitatem principatum, Rex unicus esto, idem quoque breuiter expressit Seneca Tragicus in Agamamnone, actu 2. sic inueniens.**

Nec Regna facium ferre, nec Teda seiuat, Et in Thyeste aitu 3. semi-versu illo:

Non capis Regnum duos.

Et Ouidius 2. de arte amandi, Regnum in hoc amoxi equiparans, dum ait:

Non bene cum sociis Regna, Venusque manent. Denique (ut alios taceam) eleganter id Lucaanus significat bellorum ciuilium, lib. 1. his uerbis:

Nulla fides Regni sociis, omnisque potestas Impatiens consortis erit; nec gentibus illis Credite, nec longe fauorem exempla petantur, Fraterno primi maduerunt sanguine mari. Et pauld inferius:

Qua mare, qua terra, qua totum possides orbem, Non capis fortuna duos.

